



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XVII. Florentina hæreditatis. An hæres putativus, ob inventarium non  
confectum, vel malè, ad aliquid teneatur de proprio ergà hæredem verum,  
vel ergà creditores hæreditatis, & legatarios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

autem ubi agatur de bonis fidicommisso subiectis, quoniam eo ipso, quod vocatus ad fidicommisum, sequuta morte gravati, istud agnoscit, resolutus est omnis titulus, omneque jus, vel posses-sio defuncti, ideoque filius, vel alter legitimus possessor, nec quidem temporis momento, defuncti bona possedit dicuntur, quoniam possedit bona sua jure proprio, ut bene advertit idem Castrensi consule, duldeque clarum remanet aequivocum Cabal.

cujus auctoritas etiam parvi facienda erat, ut potest conductitia Consulentis ad pecuniam, seu clientis oportunitatem; Inanis autem remansit ista qualatio, dum in disputationibus in secunda instantia habuit in Rota per alteram partem, doctum fuit de positiva auctoritate deduceta à quibusdam judicialibus actis, in quibus imprudenter se enunciabant hæredes, ut de ista causa habetur *sub tit. de credit. in supplemento.*

De hoc autem Statuto Florentino, ac pluribus ad eius interpretationem pertinentibus, & praesertim, an sit favorable, vel odiosum, & an attendi debet etiam quoad ea, qua possessori favorabilia sunt, habetur apud Magon. *decis. Florent. 10. n. 20.* & 28. cum seqq.

In eisdem autem disputationibus in prima instantia habitus coram A. G. super hoc puncto qualitatibus hæreditariorum, prætendebat altera pars ut hæreditatis aditio inducta etiam esset ex dispositione juris communis juxta theoricam Bart. in l. gerit ff. de acquir. hæredit. ex eo quod actores, adepta possessione castri jure fideicommissi, perceperent fructus vivente patre maturatos, ac etiam collectos, quamvis ab eodem castro non eductos, & praesertim quandam magnam quantitatem lignorum incisorum, in quibus notabilior pars fructuum duci castri constituit; Verum id non videbatur motivum considerabile, quoniam ut patet ex dictu*sub tit. fidicommis. præsertim in Cacacei. discurs. 177.* sub questione est, an fructus bonorum fidicommisii quamvis maturi, adhuc tamen non percepti, neque cum reliquo gravati patrimonio commixti, transmittantur ad ejus hæredes, vel potius pertinuant ad fidicommisarium. Hinc proinde dicebam, quod quidquid sit de unius, vel alterius opinionis veritate sufficit, ut à fideicommissario id probabilititer, ac non temere prætendi posset, ad effectum, ut ita dicere valeat, quod possedit jure proprio, quamvis deinde Iudex ejus prætensionem minus subsistenter declarat, dum non exinde inferri potest ad actionem, que ad effectum adeo prejudiciale, exigit animum certum, ac deliberatum saltēm ita à lege præsumptum, quando penitus cessante omni alio titulo, intraret alia delictum, non autem quando idem animus aliam habeat causam, seu prætensionem, quamvis hæc postea minus valida detegatur, cum actus agentium operari non possint ultrà id, quod voluntas est, ut adveritur in Romana censu*disc. 11.* & aliibi, præsertim *sub tit. de feud. disc. 19.*

\*\*\*

Pars II. de hæred.

## FLORENTINA

## HÆREDITATIS

PRO  
MARUSCELLIS

CUM

CASTELLIS.

*Responsum pro veritate.*

An hæres putativus, ob inventarium non confectum, vel male, ad aliquid teneatur de proprio erga hæredem vorum, vel erga creditores hæreditatis, & legato-rios.

## SUMMARIUM.

- 1. F*allit series.
- 2. Inventarium quando dicatur legiūmū, & benē confectū.*
- 3. De personis, qua citanda sunt in confectione inventarii, ubi de creditoribus dubiis, & incertis.*
- 4. An sit citandus coheres.*
- 5. Vnum ex successoribus potest petere totum, data a curatione de restituendo portiones alii postea venientibus.*
- 6. Ad quid reveratur hæres putativus.*
- 7. Quid operetur beneficium inventarii.*
- 8. Hæres gravatus fidicommisso universali non teneatur ad inventarium.*
- 9. Sed quem effectum operetur omissione inventarii.*
- 10. De Statuto Florentino tollente beneficium inventarii.*
- 11. An mulier restituatur adversus omissum vel male factum inventarium.*
- 12. De conclusione, quando inventarium probet negativam aliorum bonorum.*
- 13. Hæres, vel administrator non tenetur reddere rationes de pecuniis, qua brevi tempore obvenerant in defunctū, nisi constet in ipsum administratorem obvenisse.*

## DISC. XVII.

**D**efuncto Octavio Castello, credens Elisabetta de Maruscillis ejus neptis, interstatam successionem sibi tanquam in gradu proximiori competere, hæreditatem adivit cum beneficio inventarii, quo servatis, de jure, vel de stylo servandis, confeccio, hæreditatem prædictam spatio novem circiter mensium possedit, deinde verò ejus avocationem passa est ab ejusdem defuncti remoto agnato ex Statuto Florentino præferente agnatos intrā octavum, vel respectivè sextum gradum, cognatis, & cœminis proximioribus, ex iiii, qua de hac eadem causa habentur in sua materia *sub tit. de successionibus discurs. 3.* Dictaque avocatione sequuta prætendere cœpit agnatus, cui hæc successio decreta fuerat, quod inventarium à dicta Elisabetta confectum, est defectivum, ob omisssam citationem ipsius, tan-

De LUCA  
De  
instrumentis  
etc.  
GVI  
9

quam in dicta successione interessati, atque stante dicta nullitate, inducente actus annihilationem perinde, ac si illud confessum non esset, exinde pro eodem auctore scribentes inferebant, quod resultaret mala presumptio occultationis deducita ex text. in l. fin. Cod. de jur. liber. Prasertim vero quod cum ex libro introitus defuncti constaret ad ejus manus obvenisse scut. 100. m. ex libro autem, seu partitis exitus constaret exiisse solum 50. m. reliqua 50. m. dicebatur presumti remansisse in hereditate, atque ad ipsam Elisabettam hereditatis detentricem venisse; Quarè desuper de meo iudicio ex parte dicta Elisabetta, ejusque filiorum, etiam pro veritate, requisitus.

Respondi, vanam, nullique probabili fundamento innixam esse hujusmodi praetensionem; Tum quia praeiens inventarii defectus nullam in facto habebat subsistentiam, sed illud validum, ac legitimum censendum erat; Tum quia, ubi etiam illud est defectivum, quinimo omnino neglectum est, adhuc tamen omisso, nullius confederationis in proposito est, absque aliis extrinsicis sufficientibus occultationis bonorum probationibus, ideoque discursum distinguebam in duas inspectiones; Primò scilicet super validitate inventarii; Et secundò super effectibus ex invaliditate, vel totali omissione in proposito resultantibus, quamvis, unum vel alterum admittendum est.

Quoad primum dicebam, quod legitimum esset inventarium, ut potè confessum cum omnibus illis solemnitatibus, que de more, seu stylo regionis adhiberi solet, quod sufficere, (licet in scrupulosa juris dispositione aliquid plus requireretur) habetur apud Capy. decis. 101 numer. 3. Amendol ad Franc. decis. 124. in fine, Cavaler. decis. 508. num. 7. decis. 331. numer. 14. par. 5. rec. Licet enim Rota antiqua, nimis rigide admiriter inventarii nullitatem ob omissionem aliquam scrupulosam solemnitatem; Nihilominus juxta etiopum sententiam, ubi non constat id ex dolo, & fraude positiva gestum esse, recipiendum non est, ut apud Duran decis. 287. num. 17. & 18. & decis. 202. numer. 6. & 7. par. 11. rec. & in aliis.

Et nihilominus in praesenti nullus aderat solemnitatum defectus, quoniam unicus, qui ex parte auctoris deducebatur, ejus omissione citationis, nec theoreticè, nec practicè aliquod probabile fundamentum habebat; Textus enim in dicta l. finali Cod. de jur. de lib. & in §. hinc nobis cum sequen. auth. de hered. & falcid. ubi forma confessionis inventarii prescribitur, citari debere disponit creditores, ac legatarios, & fideicommissarios certos nominatim, incertos autem per proclama; Nullib[us] autem cautum reperitur, ut citari debeat exemplus, qui aspirare prætendat ad successionem privativè ad confitementum inventarium, & in ejus exclusionem; Quinimodo etiam respectu creditorum, & legatariorum de quibus dicta jura disponunt, quæstio est, an creditores dubii, seu conditionales, vel litigiosi, nominatim citandi sint, vel potius quoad eos sufficiat citatione generalis per proclama, seu per edictum, magisque communis, & vera videtur haec secunda opinio, ut citatione generali sufficiat ex plenè deductis per Giovagn. cons. 19. & 20. lib. 2. & Rot. dicta decis. 202. par. 11. rec. Andreol. controv. 122. numer. 3. Multò igitur magis in casu controverso sufficere dicebam citationem generalem, cum oppositor non esset, neque creditor, neque legatarius, vel fideicommissarius, sed præiens successor contraria dispositionem juris in vim Statuti, quod haeres conficiens inventarium, ut potè habens fundatam intentionem in dispositione

juris communis, probabiliter credere poterat præsenti non intrare ex fundamentis, de quibus dicto disc. 8. de success.

Atque si haeres in parte, sciens habere cohaerendum jam adeuntem, vel adire volentem, non tenetur illum citare, neque ex hoc defectu inventarium impugnari potest, ut ex Monticul. de inventario, & aliis habetur apud Ubert. de citat. tom. 3. cap. 15. num. 455 Duran. dicta decis. 87. num. 37. Multò minus nebat provocare exemplum, ita ut neque jure causum sit, citandum esse illum, quem certum effex dispositione juris communis coequaliter jus in successione habere, quoniam credere, vel sperare poterat eum nolle adire, ita ut ex beneficio juris non decescendi totam hereditatem obtineret, ideoque non tenebatur dormientem excitare.

Unde quando plures ad eamdem successionem vocatis sunt, unus verò comparet, & alii non (quicquid plerique dubitent) inolevit praxis, de qua apud Sard. cons. 350. numer. 15. cum sequent. apud Duran. decis. 448. Pernisna reintegrationis 10. Iunii 1648. coram Rois inter suas decis. 374. & in aliis, ut comparent ad totum admittatur, præstata cautione de restituendo alii venientibus eorum viriles, absque eo quod teneatur eos citare, seu alias provocare; Multò minus provocare cogendus erat eum, quem probabiliter credere poterat extraneum, nullum que jus in hereditate habentem.

Sed quatenus etiam defectus esset legalis, vel alter substantialis concurreret, ex quo de juris censura, nullitas resultaret; Adhuc tamen, assumendo aliam inspectionem dicebam, nullum exinde resultare effectum præjudiciale, quoniam non potest esse majoris operationis nullum, quam nihil; Cum igitur nullo penitus confessio inventario per heredem bona fidei putativum, nulla per eum incurritur pena, neque ex hoc haeres verus aliquam contraria cum acquirat actionem, multò minus, ubi inventarium confessum est, sed minus validè; Nulla siquidem in jure reperitur indicia pena heredi putativo, inventarium confidere negligenti, cum solum in jure dispositum sit, eum teneri restituere vero heredi id, quod extat, vel dolo, & male fide consumptis, seu alias possidere desit, ita ut de bona fide consumptis, seu alias citra malam fidem, & delictum peremptis, nullam rationem reddere teneatur, ut hec ceterum tit. disc. 17. & alibi, & sub tit. de Regalibus ad matrem officiorum disc. 1.

Ratio est clara, quoniam dictum jus novissimum in l. finali, Cod. de jur. de lib. & in auth. de hered. & falcid. non inducit præceptum hereditibus, ut omnino inventarium confidere debant, alias eos delinquentes, ac puni biles declarando, sed solum in eorumdem heredum gratiam introduxit hoc beneficium, tanquam remedium præservativum ab illis malis, ac præjudiciis, quibus alias de jure antiquo, medio, & novo, haeres subjacebat post annum ad deliberandum, tam confusionis actionum, quam obligationis in solidum, & de proprio quoad creditores & legatarios; Ideoque, ubi haeres hujusmodi beneficio uti negligit, tunc quasi quod beneficia in invitum non conferantur, aliud exinde non resultat, nisi quod illo non potiatur, sed remaneat in illis terminis, in quibus haeres erat, antequam dictum jus novissimum prodiret, quo attento, haeres putativus, heredi vero, ad aliud non tenetur, nisi ad id, de quo supra.

Hinc proinde, etiam in fortioribus terminis heredis fideicommisso gravati, qui certò sciunt, sead hereditatis restitucionem teniri, receptum est, cum obligatum non esse respectu fideicommissarii universaliter.

versalis ad inventarii confectionem, neque per illius omissionem amittuntur detractiones legitime, & trebellianicae, vel aliae de jure competentes, excepta falcida; Ex caratione, quod dictum jus novissimum obligat solum ad solidum erga creditores & legatarios, sub quorum nomine veniunt etiam commissarii particulares, ut in sua materia sub iis de detractionib. dif. 25. & in aliis.

Solus autem præjudiciale effectus, qui ex inventarii omissione, vel mala confectione resultare solet, videtur ille male præsumptionis, vel suspicio-<sup>9</sup>nis usurpationis, & occultationis bonorum, quasi quod ex negligentiā in adhibendo adeo proficuum beneficium, quo communiter hæredes uti solent, refultare videatur quedam lata culpa, seu mala præsumptio redolens dolum, ac malum animum occultationis; Unde propterea aliquorum sententia est, ut in re juramentum in item, quod tamen minus verum dicunt magis communiter DD. de quibus apud Fusar. quaf. 667. num. 17.

Ubi autem ex parte veri hæredis, vel fideicommissarii, pretendatur occultatio, cuius inditia, seu præsumptive probations dentur, tunc omissione, seu mala confectione inventarii, considerabilis videtur, ad effectum, ut etiam minores, ac imperfecte probations facilis admittantur, quasi quod ipsa inventarii omissione, vel mala confectione, si unum ex administris, seu præsumptionibus; Ideoque in materia detractionum sapientur de præsumpta iliarum consumptione resultante ex aliquibus licet modicis alienationibus, ob dictam alteram malam præsumptionem orientem ex omissione inventarii.

Et nihilominus in hac facie considerabam, neque ad d. rigorosè dictam malam præsumptionem intrare, cum illius fundamentum consistat in culpa lata omittendi d. quod de communī usu fieri solet, & quod verisimiliter negligendum non est; Hac autem ratio cessat in Civitate Florentia, ubi ex jure Statutario, sublatum est inventarii beneficium, eo que licet confectio non obstante, hæres teneat in solidum creditoribus, ut per Fanuc. de inventari. par. 6. nn. 137 cum sequen. & habetur etiam in Romana, seu Florentina restitutionis in integr. coram Panzirolo decif. 82. par. 9. rec. & apud Marin. tom. 2. resol. 95. & hoc tū. in Romana pecunaria del Nero discr. præced. unde propterea cessante tali beneficio, cessant etiam poenae, seu male præsumptiones per dictum jus novissimum inducta, quod habetur, ac si non extaret, quoniam justum non est subjacere poenis, dum obtineri non potest beneficium, ut bene post Castren. & alios Fanuc. ubi supra num. 138.

Et quamvis ab hoc Statuto excipiantur mulieres, nihilominus, quia exceptuatio respicit earumdem privilegii, & favorem, ratione imbecillitatis sexus, idcirco dicebam, id non esse in odium retrandum, quoniam inspeccā etiam juris communis dispositione, quamvis mulier, juxta magis communem, & veram opinionem, non excusatetur ab omnimoda omissione inventarii, neque adversus eam, ex sola ratione sexus habeat restitucionem in integrum, nisi alia concurrant, ex quibus intrare posset restitutio ex clausula generali, se quā mihi, de qua in proxima allegati decif. 82. par. 9. recen. facilis tamē in muliere, quām in viro admittenda; Nihilominus, ubi ad inventarii confectionē de facto processit, sed solum præteritū ejus nullitas ob dictum aliquius solemnitatis, citra dolum & fraudem positivam, conceditur mulieri restitutio, ut per Franch. & Adden. decif. 229. Stayban. jun. resol.

95. num. 37. cum sequen. Capye. Latr. consult. 57. num. 30. & per tot.

Scribentes pro auctore, in eo principaliter insistebant, quod hujus qualitionis effectus eum faciebat potius reum, ipsam verò hæredem putativam astrictum, stante quod in rationibus negotii defuncti interim administrati, ipsa allegando ad ejus manus non pervenisse, nisi tot pecunias, petebat ex aliis bonis & effectibus hereditarii sibi refici illud plus, quod in dicti negotii administratione erogaverat, quasi quod ex inventario defectivo non probaretur dicta negativa existentia aliarum pecuniarum, vel bonorum, quæ aliæ ex inventario valido & legitimè confecto probatur.

Quamvis autem objectum cessaret, ex cessante præsupposito facti, seu prætentis nullitatibus ex deductis in prima inspectione, adeo ut frustratoria esset altera inspectio juris, in casu invaliditatis; Adhuc tamen, ista etiam admissa, dicebam, quod conclusio super negativa existentia aliorum bonorum probanda per hæredem, qui eam ad sui favorem alleget ex inventario bene confecto, non autem ex defectivo ex deductis per Cavaler. dec. 246. Adden ad Burrati. dec. 115. num. 18. est in suo casu vera, nullatenus verò ad rem applicabilis; Ista enim inspectio, a scilicet & quando inventarium probet negativam aliorum bonorum, procedit quando hæres eam allegat tanquam fundamentum suæ intentionis, atque pro asequendis juribus ex titulo hæreditario sibi competentibus, sive etiam pro asequendis juribus propriis, per viam replicationis adversus alios interessatos de eadem qualitate hæreditaria excipientes; Ut putat, vult hæres facere suas detractiones legales legitime & trebellianice ex certis bonis specialiter alienari prohibitis, seu particulari fideicommissarii subjectis, ad quæ regula est hujusmodi actionem non competitere nisi in subsidium, atque pro justificando, quod alia non extant, ipse allegat negativam ex inventario resultantem, tunc si inventarium est legitimè confectum, probat negativam, quatenus per hæredem auctorem ad suam intentionem fundandam allegetur, secūs autem è converso.

Prout si hæres, ex persona propria ejus jura adversus hæreditatem, ac legatarios, vel fideicommissarios, agendo, vel excipiendo deducat, seu experietur, dicta autem interestat objiciant de qualitate hæreditaria inducente confusione actionum, sive præsumptionem solutionis ex aliis bonis & effectibus hereditariis, tunc recte ad favorem hæredis probari dicitur negativa aliorum bonorum ex inventario legitimo, non autem ex defectivo, cum similibus, de quibus Cavaler. & Adden. ad Burrati. ubi supra, apud quos concordantes.

Præsens autem quæstio diversa erat, quoniam dicta Elisabetta non faciebat amplius figuram hæredis, dum dictus titulus jam evanuerat, ac redactus erat ad non titulum, eaque remanente in terminis simplicis administratoris, non tenebatur reddere rationem nisi de bonis, quæ constabat ad ejus manus obvenisse ex deductis decif. 380. par. 4. rec. tom. 2. ubi in fortioribus terminis tutoris; Neque ex eo, quod defunctus de tempore morti proximi pecunias in majori quantitate habuerit, earundem pecuniarum existentia, seu obventione probata dicitur, quoniam eo etiam brevi tempore, per ipsum defunctum, impendi, atque in alios usus erogari potuerunt, solaque contraria possibilis sufficit ad hujusmodi probationem elidendam, vel offuscandam, quæ perfecta & concludens dici possit, ut post hæc scripta ponderavit in specie Rota in Anconitana hæreditatis 26. Ianuarii 1665. coram Veronico,

De LUCA  
de  
fiancementis  
etc.  
GVI

*spio. §. nec virget Potissimum quia dabantur probatio-  
nes & adminicula in genere super profusione nota-  
bilibus pecuniarum quantitatis per defunctum factæ  
circa tempora morti proxima ob aliquas molestias  
criminales; Est benè verū, quod omisso, vel de-  
fœciva confessio inventarii malum adminiculum  
causat ad alios effectus, ut sub tit. de legitima &  
de-  
tract. & in aliis hoc eod. tit.*

## DISC. XVIII.

**F**Franciscus de Camonchiis, instituto hæ-  
re de Lavinio fratre, mandavit, ut infra men-  
sem post sequutum ipsius testatoris obi-  
tum, solemniter, ac validè se obligare debe-  
ret, ad punctualiter exequenda omnia in  
testamento disposita, sub pena caducitatis adfa-  
vorem Constantia sororis, quam tali casu sublit-  
tuit; Atque in hujus præcepti exequutionem Lavi-  
nius infra terminum præscriptum, (salvo beneficio  
inventarii, cum quo hæreditatem prædictam adire  
velle expresse professus est) dictam obligationem  
coram Notario, & testibus per publicum instru-  
mentum fecit, deindeq; ad inventarii confessio-  
nem juxta formam à lege, sive à loci stylo præscri-  
ptam prœcessit; Hinc pròinde inter prædictos  
Lavinio & Constantiam orta est dubitatio, an  
per dictam obligationem, cum tali præservativa fa-  
ctam, contraventum diceretur dicto testatoris præ-  
cepto, & an illud esset validum & obligatorium, ita  
ut factus esset, necnè locus caducitati, seu penali  
substitutioni, atque super hoc pro veritate ex parte  
utriusque consultus.

Respondi, hujusmodi quæstionem duplēm ha-  
bere inspectionem, Unam generalem in abstracto  
super potestate, an scilicet, volens, possit testator,  
hæredem privare beneficio inventarii, ita ut hujus-  
modi præcepta valida & obligatoria sint, vel potius  
sperni possint; Et alteram specialem & in concreto  
super voluntate, an scilicet testator id voluerit; Et  
quatenus sic, adeò, potestas ac voluntas in  
idem concurrerent, an adhuc integrum esset Lavi-  
nius hæredi, testatoris præceptum implere, atque  
non obstante dicta contraria declaratione, præfata  
substitutionis casum impedit.

Super prima inspectione, modicam dixi versari  
difficultatem, quoniam, licet Guid. Pap. conf. 63. nn.  
4. Phanue. de invent. par. 2. numer. 69. Gizzarelli. de-  
cis. 7. numer. 56. Altograd. conf. 84. nn. 27. lib. 1. & cœ-  
teri apud eos, negent in testatore talem potestatem,  
ex regula nemo potest, &c. quasi quod hoc benefici-  
um publico favore introductum, privatorum di-  
spositionibus tolli non valeat; Contrarium tamen  
magis communiter tenent DD. collecti per Sard.  
decis. 30. numer. 19. & sequen. Cancer. par. 3. var. capi.  
2. de invent. numer. 235. Cyriac. controv. 160. numer.  
103. Mangil. de imputatione quæst. 134. per tot. bend.  
Menoch. cors. 942. numer. 10. cum sequen. ubi tresca-  
sus distinguit; Unum, ubi prohibito est in præjudi-  
cium creditorum, & tunc de plano procedit nega-  
tiva; Alterum, ubi agitur de præjudicio legatariorum,  
& in hoc certant DD. ut liquet ex Crot. ind.  
1. nemo potest numer. 52. qui hos terminos percutit,  
atque adhuc probabiliter videtur negativa ob re-  
missionem doli, & occasione delinquendi, que ita  
præbetur; Et tertium, quoad præjudicium ipsius  
hæredis, ne tali beneficio juvetur, & in hoc verior,  
magisque communis videtur affirmativa, qualem  
etiam canonizavit Rota apud Cavalier. decis. 471. At-  
que verè ponderatis auctoritatibus, in quibus se  
fundant tenentes contrarium, præcertim Bald. in l.  
finali, Cod. arbitrium tutelatum 6. & Croi. ubi supra,  
cum quibus pertransit Phanue. non percutunt  
istum tertium casum, sed potius primum, vel secun-  
dum; Ideoque videtur originale inventum Guid.  
Pap. dicto conf. 63, sine auctoritate, vel probabilitati;  
licet enim allegate Angel. in dicta finali Cod. ad  
arbitrium tutelo, attamen quantum tunc vide  
licuit,

## MUTINEN. H A E R E D I T A T I S, I N T E R LAURENTIUM, & CONSTANTIAM DE CAMONCHIIS.

*Responsu[m] pro veritate.*

Præceptum à testatore hæredi injunctum de  
non utendo beneficio inventarii, an sit  
obligatorium, adeò aditæ hæreditate, hæres talibeneficio uti non valeat, vel po-  
tius sperni possit; Et quatenus defectus  
potestatis non concurreret, an, & quandò  
dicatur adesse defectus voluntatis; Et  
quomodo dicatur constare, quod testator  
id voluerit.

Hæres contraveniens voluntati Testatoris,  
atque nolens ejus præceptum adimplere,  
an faciat suos fructus ex bonis hæreditariis  
interim perceptos; Et aliqua de imaginaria  
solutione, seu bonorum hæreditario-  
rum appropriatione sibi ipsi facta.

## S U M M A R I U M.

- 1 *F*acti series.
- 2 *F*an testator possit prohibere conjectiōnem in-  
ventarii, referuntur opinione hinc  
indē.
- 3 Referuntur plura Statuta adimentia beneficium  
inventarii.
- 4 Ex quibus probetur voluntas testatoris rohibendi  
inventarium.
- 5 Pro aditione requiritur actus certus & determina-  
tus, & non sufficit suspensus.
- 6 Actus agentium non operantur ultrà voluntatem  
agentia.
- 7 De restitutione in integrum competente adversus  
aditionem factam per majorem.
- 8 Ad effectum caducitatis & pana requiritur do-  
lus.
- 9 Dematerialia imaginaria solutionis & appropriatio-  
nis bonorum, quando intret.
- 10 An hæres erga pecuniam suam in extinc-  
tionem eris alieni hæreditarii, ob id faciat suos fru-  
ctus bonorum.
- 11 Bona fides, vel non mala, excusat à fructibus per-  
cepitis & consumptis.
- 12 Hæres putativus bone fidei excusat à dissipati-  
onibus.
- 13 Quando hæres ob contraventionem præcepti  
testatoris teneatur ad restitutionem fru-  
ctuum.